Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Straßburger Formularbuch - Cod. St. Blasien 98

[Straßburg], [um 1450-1470]

Seneca und Ps.-Seneca, u.a. "Seneca ad Lucilium. Turpissima et iactura, que fit per neglegenciam actio voluntaria"

urn:nbn:de:bsz:31-53538

Visual Library

Senecas ad Lucilium

Turpissima est iactura que fit per negligentiam
Fastidientis stomachi est multa degustare paucum vero deglutire
Hoc accidit peregrinantibus habere multa hospitia et paucas amicitias
Non prodest cibus corpori qui statim sumptus emittitur
Non ... ad sanitatem tendit ubi medicamenta temptantur
Non convalescit planta que sepe transfertur
Honesta res est leta paupertas
Qui parum habet non est pauper sed qui plus cupit
Noli fortune credere que in momento mores convertit
Infirmi est animi non posse pati divitias
Nullius rei iocunda possessio est sine socio
Cum illis conversari debes qui te meliorem reddunt
Illos admitte quos meliores facere poteris
Nichil turpius est quam senex qui vivere incipit
Omne studium philosophie omnibus equum est datum
Quo nemine beato vivere sine studio sapientie
Beatam vitam philosophia sola confert
Nemo indignus est deo nisi qui opus contempsit philosophie
Nemo dives nascitur
Quisquis percipit philosophiam securus moritur sicut nascitur
Sola enim certum gaudium prestat sciencia et sapientia
Initium salutis est notitia peccati
Qui peccatum nescit se corrigi non vult
Gloriosus animus trahitur ad honesta
Nemo bonus est absque deo
Quid est stultius in homine quam laudare aliena
Nemini decet gloriari nisi de suis
Alienum est quicquid optando evenit
Si vis amari tunc ama
Quod est generum est aliorum brevi arte sic continetur
Philosophia ad omnes possessores est maior honor [illegible]
Philosophia animum fabricat et fortem reddit disponit et actum regit

Agenda et obmittenda demonstrat
Studiosos mores labor nutrit
Te ipsum felicem facies si intellexeris omnia bona esse quibus virtus admixta est
Unum est bonum nisi virtus sola
Unum est malum nisi virtutis imperitia
Ad primum bonum tutum est iter
Sumendum est id quod te natura instruit
Sapientia te parem deo pro reddit
Multos enim reges regit ratio
Remedia non que sunt sed in quibus commorantur
Virga dei immunium compescit et punit ut pares deo fiunt
Ad philosophiam tota mente contende
Subtilitas est sine dissimulatione
Suma nemo libere potest
Singulis rebus modum adhibeas
Ex pulchritudine anime ornatur corpus

De Moribus Senece

Omne peccatum est actio voluntaria
Disciplina bonos mores facit
Illud sapit unusquisque quod didicit
Bona consuetudo excutere debet quod mala instruxit
Bene debet loqui qui bene debet tacere
Libentius audias quam loquaris
Res tuum est nomen divitis
Cum promiseris statim facias
Nil peius quam peregrinus fuisti
Pacem habebis cum hominibus sed et bellum cum viciis
Bonum est laudare sed difficilius laudabilem esse
Vere est parsimonia egestas avaricia

Unus est maxime pauper qui sibi videtur pauper
Divitiis utendum est sed eis non abutendum
Fortior est qui cupiditatem vincit quam qui hostem vincit
Ubi est confessio ergo ibi est remissio
Amicissima vitam agerent homines si hec duo verba meum tuum sublata essent
Omnibus frequens vita quam lingua
Qui nescit tacere nescit loqui
Scire uti paupertate est magna libertas

De formula Senece

Prudens falli non vult nec fallere
Cuiusque facti causam perquire
Non semper in actu sis sed interdum da animo tuo requiem
Non te moveat dicentis auctoritas nec quis dicat sed quid dicatur attende
Maximum genus honestatis est ignoscere mendaciis
Non ascribe tibi quod non es nec minor vel videaris quam es
Acerbis turpibus te abstine
Risus tuus sit sine cachinnatione
Esto fugiens morum vitiorum aliorum non scrutator nec alicuius reprehensor
Nec extollas temet ipsum nec deprimas
Severior esto iudicio quam sermone
Clementie esto ultor sevitie detestator
Omnibus esto benignus nemini blandus paucis familiaris omnibus equus
Ad iram tardus ad pacem promptus in adversis firmus in prosperis cautus
et humilis
Rumoribus minime sis credulus
Cave ne pertinax sis
Deo amabilis sis et subiectis inimicis ut ceteris omnibus prodesse
et nemini nocere
Capax sis ~~rapidis~~ et docilis "cupidus

diruendum est
Morier subitum est tunc quod vitari non potest
Semper ac iuvenis morier cum enim conacgata est obitus aut
quandocumque morier
Bene est dum nobis est mors in motu mollis
In paupertate morier non in paupertate est bonum sed in paupere
Forte morier vel bellas vel bellas via finis

Boecius de disciplina scolarium

18

Diligentia cuiuslibet operis obtusitas premollit
Logica est sciencia veri et falsi indagatrix
Prudencia pax et sol nichil prodest sine iusticia sapientia aut scientia doctrina
simulata
Sunda verisimiliter coram tediosa non sufficiosa
Gramatice fructuositas nullatenus obmittenda est quia eius habetur
scientia quidem reddit
Qui non novit subiici nusquam nescit se ingrari
Miserum est illum esse magistrum qui non novit se fuisse discipulum
Discipulus debet esse benivolus docilis et attentus docilis in inge=
nio attentus in exercitio benivolus in animo
Scolaris non debet esse discolus
Discolus dicitur ille qui invisit prostibula plateas tabernas et mentiri
tabulas et publica spectacula pompas coreas et similia
Discipulus non sit magistro violentus Non enim est dignus scientia qui se
inficit (?) propter
Iuvenili fervore studeat se discipulus alienare
Mentiri est inferni ianua via iniquitatis scorpionis progenies
vestitum sceleris paratus iniquitatis
Vinum moderate sumptum acuit ingenium immoderate autem sumptum perturbat
racionem intellectum ebetat memoriam enervat oblivionem immittit et perdunt
Et non est peius lucidius quam intestinum nocivus

Nullum beneficium dandum est negligenter
Multi indigni sunt luce et tamen dies eius oritur
Qui beneficium non reddit non minus peccat quam qui non dat
Beneficiorum memoriam senescere non debet
Beneficium manu tangi non potest sed animo geritur
Nec aurum nec argentum nec aliquid tale beneficium est sed ipsa voluntas tribuentis
Non refert quam citius detur sed quo animo detur quia beneficium non est in eo quod datur
Primis danda sunt utilia deinde iocunda
Videndum est ne mittamus munera superflua ut femine arma et rustico libros
Optimum est prevenire desiderium rogantis
Illud beneficium est iocundum quod obviam venit
Celeritas multum facit mora multum aufert
Qui dedit beneficium taceat narret qui accepit
Nichil ita contrarium est in dando ut superbia
Referre gratias facile est non referre gratias in beneficiis turpe est
Ingratus est ipse qui negat beneficium quod accepit
Ingratus est qui dissimulat ingratus est qui non reddit ingratissimus est omnium qui oblitus est
Nulla domus spelunca omnibus patet
In beneficio dando eligendus est cui
Nichil pre deo faciendum est
Multo plus prodest si pauca sapientie precepta teneas et illa in promptu tibi habeas quam si multa didiceris et illa non habeas in usu
~~Addiscere et illa non habeas usum~~
Stultitia est morbus animi

De Remediis fortune Senece

Peregrinacio initium mali est et magis multo deambulandum domi re